

folio

clxxvi

labore sic stans coacti. **D**ic tamen mihi ob  
lecto in quo est eius tam maxima fortitudo  
Cui demon ait Si mihi iuraueris vt a me  
nequaquam recedas virtutem eius victoriae si  
bi pandam. Cui ciprianus Per quid tibi  
iurabo. Cui demon. Iura mihi per virtu-  
tes meas magnas qm a me nunquam recedes  
Dixit ei ciprianus. Iuro tibi per virtutes  
tuas magnas vt a te nunquam discedam. Tunc  
diabolus quasi securus ei dixit. Puella il-  
la signum crucifixi edidit et statim contabuit et  
oem virtutem amisit. et quasi cera a facie ig-  
nis cuius virtute liquebat: sic ego a facie  
eius effluxi. Dixit ei ciprianus. Ergo cru-  
cifixus maior te est. Et demon. Quis ma-  
ior oibus est. et nos et omnes quos hic deci-  
pimus tradet igni inextinguibili cruciatos  
Cui ciprianus ait. Ergo et ego amicus de-  
beo fieri crucifixi ne tantam aliquando penam  
incuram. Cui diabolus. Iurasti mihi per vir-  
tutes exercitus mei per quas nemo periu-  
ra te valet et a me nunquam discedas. Ad quem  
Ciprianus. De et omnes fumigantes tuas  
virtutes contemno. et tibi et oibus demo-  
nis tuis abrenuncio et crucifixi salutari sig-  
no me munio. Statimque diabolus ab ipso  
cum confusione recessit. Tunc ciprianus ad  
episcopum iuit. Quem videns episcopus et credens eum  
venisse vt christianos in errorem mitteret ait  
illi. Sufficiat tibi o cipriane huius qui foris  
sunt. nihil poteris aduersus ecclesiam dei  
inuicta ei est virtus christi. Cui ciprianus. Cer-  
tus sum quod iuicta est virtus christi. Narransque  
que sibi acciderant: ab eo baptizari se fecit  
Cui postmodum tam in scientia quam in vita  
valde proficiens: mortuo episcopo ipse in  
episcopum ordinatus est. Beatam vero virginem  
Iustinam in monasterio posuit et multis sa-  
cristis virginibus eam ibidem in abbatissam pre-  
fecit. Sanctus autem ciprianus martiribus epi-  
scopos sepe mittebat et eos in certamine ro-  
borabat. Comes autem regionis illius au-  
diens famam cipriani et iustine eos ad se  
presentari fecit. et an sacrificare vellet re-  
quisiuit. Cui dum in fide christi sumi per-

sisterent: iussit eos in sartagine plenam ce-  
ra et pice et adipe ponere: quod tamen inter  
eis refrigerium presertim: nec aliquod sup-  
plicium interrogauit. Sacerdos autem ydo-  
lorum prefecto dixit. Iubeas me domine  
ante sartagine stare. et confestim vincam  
omnem virtutem eorum. Cum ergo iuxta  
sartagine venisset dixit. Magnus est de-  
us hercules et pater deorum iupiter. Et ecce  
de sartagine continuo ignis exiit et per-  
misit eum consumpsit. Tunc ciprianus et  
iustina de sartagine extrahuntur. et data sup-  
eos sententia pater decollantur. Horum cor-  
pora cum sex diebus ad canes proiecta man-  
sissent postmodum romam translata sunt.  
Nunc autem placentie requiescunt. Passi  
sunt autem. vij. kal. octobris. Circa annum  
cclxxvij.

De nominibus.

**C**osmas dicitur a cosmos quod est for-  
ma vel ornatus. Vel secundum Iulium. cosmos  
grece latine dicitur mundus. Sunt enim forma  
alijs in exemplis. ornatus virtutibus bonis  
mundus ab oibus vitijs. **D**amianus dicitur  
est a dama quadam bestia que humilis  
est et mansueta. Vel Damianus a dogma  
quod est doctrina et ana quod est sursum.  
Vel a damini quod est sacrificium. vel Da-  
mianus quasi domini manus. ipse enim man-  
suetudinem habuit in conuersatione. do-  
ctrinam supernam docuit in predicatione.  
Sacrificium fuit in canis mortificatione. Do-  
mini manus fuit in medicinali curatioe.

De sanctis Cosma et Damiano

**C**osmas et dami-  
anus germani fratres in ciuitate egera  
et religiosa matris nomine Theodora nati sunt.  
Huius arte medicine edocti tantam a spiritu fan-  
cto gratiam acceperunt vt oes languores non  
solum ab hominibus sed etiam a iumentis curare et  
gratis oia tribuere. Ordo autem quedam no-  
mine palladia cum oia sua in medicis presump-  
sisset ad scilicet dei accessit et ab eis sanitatem  
integram reportauit. Tunc illa quoddam nu-  
mus Damiano obtulit et cum spreuit illa eum

B 1